Die d.a 11 Januarij 1771 de sero

Illmus D. se contulit ad Ecclam Monialium, quas in communi allocutus fuit de fructu Sac. Visit. servando ipsisq. Dominica impertitus fuit Benedictione, deindè ad Ecclam Collegiatam perexit, et pluviali indutus Universo Populo fructum Sac. Visit. servandum commendavit ante V. Sactum expositum, cum quo Eumdem Populum benedixit, et peracta Defunctorum absolutione Visitationem complevit, reservans sibi in Crastinum Visit. Eccle S. Sebastiani.

De Eccla S. Sebastiani.

Die 12 Januarij 1771 de mane

Illmus D. associatus à Suis Convisitatoribus, et familiaribus in Eccla Collegiata Civitis Gallesij itinerarias preces recitavit, et deindè iter suum direxit versus Castrum Borghetti, et in via, ac dist.a duorum Milliariorum, visitavit præfatam Ecclam, quæ unicum habet Altare omninò denudatum, in quo celebratur solummodò ex devotione in festo S. Titularis, et in Dom.cis Mensis Maij ex devotione Piorum Virorum, qui eam eleemosinis d.m Ecclam curare satagunt, et ex instituto Priorum Civitatis

Visa Eccla mandavit reaptari Januam, et Tectum, et fenestram muniri cum telario, ac tela cerata, et apponi

Crucem visibilem ferream in summitate Ecclæ, et non celebrari in præfato Altare, nisi toties, quoties sit decenter provisum, et ornatum sub pœnis &c.

Ita est Jo: Fran:s Epus Civitatis Castellanæ et Horti